

*Participatio bonorum operum
concessa beatorum virorum veteris montis
ab generali ordine. 1325.*

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis frater Conradus Abbas
Cisterciensis totiusque conventus abbatum capituli generalis salutem et per pietatis
visceribus habundare clementiam omnes stabimus ante tribunal christi recepturi
pro ut in corpore excessus sui bonum sui malum oportet nos diem missionis
extremi bonis operibus preueniri ac eternorum intuitu summari meritis quod
reddenti domino cum multiplici fructu recolligere debeamus in alio fructu speram
fiduciamque tenentes quoniam qui parat seminat parat et metit et qui seminat
in benedictionibus de benedictionibus et metit vitam eternam Cum igitur abbas
et conventus monasterii veteris montis ordinis cisterciensis Coloniensis diocesis in edificijs
et structura ecclesie sue plurima expenderit ultra posse Universitatem vestram
in domino dignum deprecandum quatenus retributionis intuitu de bonis vobis
collatis a deo pias elemosinas ipse tribuatis ut predicta edificia mediante vestro
subsidio valeant feliciter consummari Nos vero omnibus illis qui suas us
elemosinas dederint vel transfecerint pro vniuersis suis defunctis concedimus fra-
ternitatem et plenariam participationem omnium bonorum que fuerint videlicet
spiritualium ac de cetero sancti domini in toto ordine nostro sunt in missis
vigilijs orationibus castigationibus ieiunijs et bonis alijs vniuersis in vita
eorum pariter et in morte Datum in cistercio sub sigillo quo utimur Anno
domini millesimo trecentesimo quintodecimo per capitulum generale:

*3200 sunt
Moria vid.
at.*

Anno domini in ordine ceteri kalendis aprilis incepit ordo Cisterciensium
sub papa Urbano secundo et sunt in ordine in ij monasteria vnde sunt viginti
vint octingenta monachorum milleque claustra Atque quadringenta mortuarum
milleque loca Qui faciunt ducenta simul tua milia claustra: